

re mirabile proditur, gleba lapidis v-
 nius cuneis diuidentium soluta, ima-
 ginem Sileni intus extitisse, Plinius. In
 Sagari fluuio Phrygiæ gignitur lapis
 Autoglyphus dictus, ab eo quòd na- *Αὐτόγλυ*
 tiua ei Matris deûm imago insit, Plu- *φθ.*
 tarchus de fluuijs. Et rursus: In Ta-
 nai fluuio Scythiæ, nascitur lapis Cry-
 stallo similis, humana effigie, corona-
 tus, &c. Constantinopoli in Sapien-
 tiæ templo sunt duæ candidi marmo-
 ris dissecti crustæ: quarum vtriusque
 maculæ non nihil cinerei coloris, ita
 sponte naturę discurrunt, vt totam di-
 ui Ioãnis Baptistæ, vestiti tergore Ca-
 meli, imaginem, repræsentent, præter
 alterum pedem quem non satis expri-
 munt, Agricola. Cercopes apud Eu-
 stathiũ alicubi *ἀκλιθωθέντας* legimus,
 id est, in lapides conuersos: poëtæ in
 Simias mutatos fabulantur: vt Oui-
 dius Nioben aliosq; Gorgonei capi-
 tis aspectu in saxa diriguisse: & in Sa-
 cris vxorem Loth in statuam Salis.